
...s

...ola.

Neugebauer Hieremiae: Novus Hymenaeus.



NOVVS HYMENÆVS

NOVIS CONIVGIBVS D. IACOBO GLVNOWIC Wratislauiensi, Viro moribus & probitate excellenti SPONSO.

ET

D. VRSVLAE CRALOVICIAE Virgini pudicissimæ D. IOANNIS Cral. Ciuis Opt: Filiæ, SPONSAE.

A

Hieremia Neugebauer Juridicę facultatis, Studioso amoris & obseruantię ergo

DICATVS.





Chalcographo Nicolao Lobio,

Anno Domini 1614.

Oblatio.

LIcet Æschyleo me non donet
Musa cothurno, tamen in dulcia
Thalami festa, Sponte nouelle,
Tua flexanimem vt fundam cantũ,
Hoc, Wratis lauiæ Patriæ nostræ,
Quod sis natus stimulis miris
Me pellexit, simul & Virtus
Proxima Dijs, quod tria per lustra
Aspectum verteris ad palmas
Heriles, duxeris & nunquam
In transennam ceptoriè, nec
Cypria DEA te turpis amoris
Loro in escârit. Præterea
Me invitant ingenui mores
Sponsæ, vultusq; decori, qui
Vix possunt (vt meruêre) cani
Numeris. nam Iuppiter hanc Ledæ
Præponeret; optima sit quamuis
Esse decus Leda puellarum
Dicta. Lacænam restitueret,
Ante quàm sustulit, Atridæ,
Si cerneret ora Puellæ modò.
Idcircò, quos mea Musa tibi
Sponse, modis imparibus, versus,
Promptè in thalami gaudia fundit,

Modò pignus amoris mansuri,
Accipe placido quæso sinu, sic
Ego Pieriæ posthac laudis
Succensus amore, canam cultiùs.



Elegi

ELEGIDION.

DEbita coniugij sacri præconia laudum,
Nemo mirari, nemo stupere velit.
Est status in terris, quo ñ antiquior ullus,
Non est vtilior, non quoq; fertilior.
Nam DEVS almipotens â primo tempore mundi,
Hæc sanxit casti iura marita thori:
Illicitos Veneris vitai e Amathuntis amores,
Iussit, & vnita viuere carne duos.
Hinc vnam lecti Sociam coniunxit Adamo,
Vt premerent vnum corpora bina thorum.
Sic multa voluit terras agnoscere prole,
Nec non nasci homines ordine legitimo,
Sanctaq; quo pareret multos Ecclesia fœtus,
Hæredes nitidæ stelligeræq; Domus.
Ex se sola dabit siquidem non fœmina natos,
Vt Turtur nunquam parturit absq; mare
Nec Iouis ê cerebro, nec truncis nascitur vllus,
Et saxis duris pignora nulla fluunt.
Hîc certè est nostri modus immutabilis ortus
Hoc voluêre thoros Numina fine colj.
Idcircò dignè Connubia casta colantur,
Per quæ stat varijs terra referta bonis.
Gloria coniugij verè mansura per æuum,
Hæc erit â Sponsis ritè pbanda nouis.

Nec

Nec tantum summo Gens omnis dedita Christo,
Collaudat Socij vincula Sacra Iugj.
Ipse etiam Christus magno hæc dignatus honore,
In Cana sponsis munera digna dedit:
Hospes vbi voluit mensis accumbere sponsi,
Cum matre in tacta, discipulisq; suis;
E c onuertit aquas in vinum dulce fluentes,
Tanquam cuncta potens, & sine fine Deus.
Vt testaretur noua per miracula, semper
Hunc placuisse sibi, seq; probare Statum.
Sit modò verus amor, vel pectus vtrumq; pudicas,
Sumat ab æthere j flaminis igne faces.
Hoc benè præsentes Sponsi pensando nouelli,
Offerre incipiunt vota precesq; Deo,
Albis vt veniat properè Fortuna quadrigis,
Auxilium præbens ad pia cæpta suum;
Et stabilem pacto confirmet fœdere lectum,
Vt sint felices, vnanimesq; diu,
Atq; simul summè valeant celebrare, supremi,
Laudibus in numeris Nomina sacra, Dei.
Sed noua ne longi remorentur gaudia versus,
Hîc numeris statuo, carminibusq; modum.
Intermissa suis referantur Cymbia mensis,
Ismario cedant, cura, dolorq; Deo.



Thalaſsio.

VStępuy precz z pałacow świata prześlicznego/
Phœbus niechćie nie tyka ſwą twarzą ſtwornego.
Ktorego ięzyk iadem zazdrośći oblany/
Stan życia małżeńſkiego pomazuiąc gani.
Stan; nad ktory nic ziemſkie dawnośćią więtſzego/
Koło ma/nic śmiertelność w płod ſwoy choynieyſzego.
Stobą/wſzech Stworco/ woynę rożną odpráwuie/
Ná twoy dekret bezbożnie kaſſząc náſtępuie.
Tym drogę zagrodźiłeś Bogini miłośći/
Aby bez práwá cudzey niedárłá czyſtośći.
Tym źięty mieć niechćiałeś Adama iednośćią/
Lecz mocno ſpoionego żeńſką przytomnośćią.
Wten ſpoſob ziemſkie polá płodem rozmnożone/
Ludzkiem mieć chćiałeś/ á nie nierządem ſpłodzone.
Płodem/ ktoryby práwem małżeńſtwá zrodzony
Słodkośći mogł zażywáć niebieſkiey Korony.
Prożno/ żeńſka płći z śiebie płod mieć vśiłuieſz.
Gdy przytomnego ſobie/ małżonká nie czuieſz.
Sklody pniaká niepłodney płod żaden wychodźi/
Opoká twárda nigdy ludzkiego nic ſpłodźi:
Nic tu zmyślona płodność Iowiſzowey głowy/
Precz vſtępuie práwá Małżeńſkiego/ nowey
Ten zmąży nieznaiący ieſt ſpoſob ſpłodzenia/
Zakon ná to małżeńſtwá z Boſkiego zrządzenia/
Zakon ten przeto wſzemi zdobćie godnośćiámi/
Dobr wielu obiętego zewſząd gromádámi.
Zdob o Nowe Małżeńſtwo/ rozliczney zacnośći/
Ktore zakonu tego wſtępuieſz godnośći.
Zdobćie narody wſzyſtkie/ ſam Chryſtus ktorego
Swą zdobi przytomnośćią w Kanie przyiętego.
Tám z ſwą przytomny Mátką/ tam z ſwemi vczniámi
Godownik wdźięczny śiadł/ god miedzy oſobámi.

Tám

Tam niedostátek znáczny napoiu winnego
W dostatek wnet obrociel z zrzodłá wodnistego.
Tym cudem niezwyczáynym wszystkiem pokázuie/
Stan ten że w iego záwsze miłośćiách pánuie.
W niem/gdy miłośćią serce/y zgodą złaczone/
Z oboch stron kwitnie Boską boiáznią spzezone.
To ty Cna Paro świeża/ Małżeńskiey godnosci
Vpátruiąc/ do Bosk iey ćiągnieß wszechmocnośći.
Ciągni/ rátunku od niey niezwykłego żąday/
Ná to coś wzięła myślą często się oglądáy.
Proś/ by łáskawym w tobie sczęśćiem pánowáłá/
W myślách/vczynkách twoich zchęćią przebywáłá.
Toć moiá tobie teras Tháliá winßuie
Bog/(prawi)w twych niechay ćię zamysłách rátuie.
Związkiem/ o Boże/stałym ich łoże spoione
Broń/ chowáy/żadną grzechow ßpetnośćią skázone.
Zgody/miłośći/wiáry/obwiąż stateczności/
Serce aby ich rożne woniáło iednośćią.
Tobie Stworcy wielkiemu kolánmi padali/
Tobie płod swoy oddáiąc cześć twą rozmnażáli.
Lecz tu iuż wierßow twoich/ iuż koło zahámuy/
Nowey rádośći z śiebie zágrodę vpátruy.
Vstępuy Muzo; poczty godowe nástąpćie/
Do nowego wesela żagle swe rozprząźćie.
Frásunkow/płaczow/straßna niech precz vstępuie
Teraz twarz/Jsmárius to Bog roskázuie.



PARAMYTHION.

QVis flentis Sonitus personat auribus?
Qualis Trorugenûm Virginum in ædibus
Graio cum furerent omnia milite:
Ergò tu niueum Virginei chori
Augustumq; iubar, Nympha decentior;
Quid vultus niuei conspicuum decus;
Multis Nympha prior quo superemines,
Cuius lux remeans invida siderum
Ignes ê superis provocat aureos,
Mœstis mœsta gemens, imbribus irrigas?
Quid chari capitis? quidue comæ statum
Mellitis lacerans proripis Vnguibus?
Qui iucunda micans æthera lucidum
Attingit, similisq; emicat undulæ,
Quam clarus Phaeton, vel tremulo super
Ludit luminibus: gemma nitens perit
Frontis lacteolæ, cui niveus nitor
Lux, & fulgor adest, quale Myron sua
Haud unquam polijt seu Phydias ebur
Dextra, mellituis texta ubi crinibus
Vmbra aurem gracilem subtus obambulat
Dulcis fulgidulis luminibus favor
Ne quidquam Cypriis æmulus orbibus
Squallet, quo geminæ reddere ceu solent
Ardentesq; faces absq, die diem,

Ne blandas genulas luctificus furor
Tantùm dilaniet, quas roseus rubor
Ne quaquam similes provocat æmulus
Sic cedit ne decus ? mille ubi cum suis
Cypris, blanditiis molliùs excubat ?
Sic & colla, nivis quam nec hyems potis
Exæquet niveis picta coloribus ?
En Sponsus lateri, sponsa tibi novus,
Quàm prædulcis adest, O bone coniugum
Flos, & vitis ave, vivite cum bona
Coniuncti Socia vivite coniuge,
Concordesq; animis, comparibus parem
Curris solliciti iungite dexteram,
En consors thalami, Sponsa, tibi novus,
En consors thalami Sponse tibi quoq;
Tristes mitte procul, Nympha decens, sonos,
An non, pulchra, vides contegit ut faces ?
Prorumpens Veneris purpureum iubar ?
Festinate viri; vos quoq; Coniuges,
Mœstis mitte queri sponsa ululatibus,
Ne subtristè tuum ne moveas virum
Mœrens flere tuum, non secus ut solet
Te fundente iocos dulcè iocarier
In te congeminans cereus unica,
Horrescentem animum quid timor excitat ?

An ne

An ne qua tenebras forma decentior
Ex æquata tuæ, ceu nemus, obstruat?
Nil hinc, quid trepidas? Nympha periculi,
Maternis etiam non procul ædibus,
Exul, non populos dissita ad exteros,
Nil horresce; vides ut tuus implicat
Te vir luxurians complicat ut suam
Vlmum uitis. Io dicite virgines,
Et vos O Iuvenes, dicite Hymen, Hymen,
Quantus chare tibi lectule habebitur
Et nocte atq; die (quid prohibet?) iocus?
Quàm tum de superis Sancta protervitas,
Et laudanda Venus iuncta Cupidini:
Cessatis Iuvenes, dicite io io
Dulcis dulcis Hymen, o Hymenæe Hymen.
Sed iam cerno procul flammea lumina
Ac tutùm piceas tollite lampadas,
Præstò est Virgo, viden? pandite ianuas
Io, Io dulcis Hymen O Hymennæe Hymen
Io Io dulcis Hymen O Hymennæe Hymen
Nymphæ Virgineæ iam satis est iocis,
Et vos ô pueri plausibus est satis,
Concordi modulo, dicite io io
Io Io dulcis Hymen ô Hymenæe Hymen
Io Io dulcis Hymen ô Hymenæe Hymen.

Læti vos animis, plaudite coniuges,
Vt ludente benè Pallade lusimus,
Sponso Sponsa suo, sic quoq; lusitet,
Augustiq; sui, nominis Vrsula
Semper consimiles suscitet Vrsulas.




Biblioteka Jagiellońska
stdr0009740